Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui et idoneos nos fecit
ministros noui testamenti
non litere sed spiritus. Littera enim
occidit: spiritus autem uiuificat.
Quod si ministratio mortis
litteris deformata in lapidi
bus fuit in gloria ita ut
non possent filii israel intuedi
in faciem moysi propter gloriam
uultus eius quam euacuatam;
quomodo non magis ministratio
spiritus erit in gloria? Nam si mi
nistratio damnationis
gloria est, multo magis abu
ndat ministerium iusticie in
gloria. G. Benedicam dominum in
omni tempore semper laus eius in ore
meo. V. In domino laudabitur anima mea
audiant mansueti et letentur.
Alla: Domine dominus salutis mee in
die clamaui et nocte coram te.
In illo t. Exiens. marci.
Iesus de finibus tyri uenit per
sidonem ad mare galilee;
inter medios fines decapo
leos. Et adtulerunt ei surdum
et mutum; et deprecabantur
eum ut imponat illi manum.
Et apprehendens eum de turba
seorsum misit digitos su
os in auriculas eius: et
expuens tetigit linguam
eius. et suspiciens in ce
lum ingemuit et ait illi.
Effeta. Quod est adapire. Et
statim apte sunt aures
eius; et soluitur uinculum
lingue eius. et loquebatur recte;
Et precepit illis ne cui di
cerent. Quanto autem eis pre
cipiebat tanto magis plu
s predicabant: et eo amplius
admirabantur dicentes. Bo
na omnia fecit: et surdos fecit
audire. et mutos loqui.
Offertorium. Beatus es moyses. quia fiat
quanta p. Reminiscere. Secreta.
Respice domine quesumus nostram
propitius seruitutem:
ut quod offerimus sit tibi munus
acceptum. sit nobis fragilitati
subsidium. Communio. De fructu
operum tuorum domine satiabitur terra
ut educas panem de terra et uinum
letificet cor hominis ut exhilarat faciem
in oleo et panis cor hominis confirmet.
Sanctificamus. post communio.
Domine tua preceptione